

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRI ET
D. D. Christophoro à Stadio Episcopo Augustensi longe omni
um dignissimo, Domino & Meccenati suo clementissimo,
Petrus Apianus de Leyfnigk salutem & foelicitatem
precatur æternam.

PROFECTO nulla est ars tam facilis, amplissime idemq; reuerendi-
sime in Christo pater, nec aliqua tam humilis disciplina, in qua nõ
infinita oculantur, quæ possint multa etiã præclara ingenia diu-
tissime exercere, id adeo ex multis uel præcipue nos docet Astro-
nomia, scientia quã per se scitu pulcherrima, tum uero rebus humanis utilissi-
ma, in qua quotidie se offerunt plurima, quæ diligentis hominis cogitationẽ
& considerationẽ teneant suspensam, quæq; in eruendo sic animi acrimoniã ex-
citant, ut dum semper aliud ex alio uelut è filo filum cõtinuo ductu procedit,
accedente ad diligentia industria, in certando quis seipsum uincere cõtendat,
nouaq; subinde inuentione quasi cum rerũ natura certare, illa ne plura offerat
an cogitantis animus ipse sibi uelut de suo contingat. Id iam etiam nobis ad-
dit, nam quũ in 100. propositionib. illis instrumenti primi mobilis paulo
gentius elaboraremus, ita affatim se copia rerum undiq; obtulit, ut quid pos-
simum quoq; in loco docendũ esset, penè dubitassemus, nisi ipse per se factus
pulcherrimus ordo rei huius nos in iusto limite retinuisset. Neq; uero teme-
re aut inconsulto negociũ hoc nobis susceptũ est, ut tabulas istas primi mobilis
in aliam formã & iucundiorẽ & ad usum accõmodatiorẽ redigeremus, sicut
res ipsa probabit. Accedit huc sæpe ad nos delata multorũ querela, qua de-
mum cõpulsus sumus, ut quod dudum coeperamus, gnauiter prosequeremur.
Complures enim penè quotidie conquesti sunt de immodica tabularũ primi
mobilis obscuritate & difficultate circa numeros introituales, in gradibus mi-
nutijs atq; secundis, ut obmittam reliqua, quæ (ut fieri solet) alia alijs uidentur
esse molestiora. Illorum ergo studiũ, & in studendo laborẽ adiuuare, acquiri-
simũ esse credidimus, simulq; perpetua nostra cõsuetudine & promptissimo
in studiosos oēs affectu, cõmuni consulere utilitati, id eo maxime futurũ esse
perspeximus, si tabulæ istæ ex horrida illa & difficili formula in supputationẽ
sinuũ per nos redigerent, partim ut res fieret dilucidior, & ad usum cõmodi-
or, partim, ut pulcherrimus ille sinuum usus studiosis magis innotesceret. Sed
quæ hic nonnulli adhuc grauari sibi uidentur numeris Arithmeticis, & ampliori
profectũ ex instrumentis Astronomicis putant se consequuturos, hic quoq;
noluimus studiosis deesse, simul ergo & tabulas nouas sinuum & instrumenti
tum ad hoc longe cõmodissimum ecce in lucem proferimus, in eo perspicere
& citra magnum laborem inuenire quisq; poterit, quicquid in uniuersum in
primo mobili, amplissimo sanè hoc & pulcherrimo coelo, ad cuius intuitum
natos esse homines quidam putarunt philosophi, inquiri, desiderari, aut in-
uestigari potest. Ad huiusmodi porrò editionem, imò ad uniuersum laborẽ
nostrum, quem rebus Mathematicis impendimus, plurimum nobis profuit,
& prodest